

gulosi fuerint dominati. Paulo ante autem, idem praeiserat, dicens : *Vae tibi terra, cuius rex puer est.* Pueri namque nunquam saturandi putantur; siquidem vix a somno excitati, cibum quaerunt; neque in aliud collimant quam ut suae satisfaciatur esuriei. Vae statusibus illis quibus tales dominantur principes, quia suum apud populos perdunt respectum, a subditis despiciuntur, usque tumultum et insolentiarum praebent occasionem. Aliud periculosum reipublicae praedictum ex hac gula promanat, dum per illam actiones causarum cessant impediunturque expeditiones, audientiae negliguntur subditorum, consilia quiescunt regalia, aliaque in nihilum recidunt maximi momenti negotia. D. Chrysostomus de Ninive loquens ait : « Ebrietatis et crapula urbem stantem quatit, ad casumque nutare compulsi; jejuniium nutantem ipsam casuramque firmavit. »

VERSUS 10.

Dixit ergo Jesus : Facite homines discumbere. Erat autem fennum multum in loco; discubuerunt ergo viri numero quasi quinque millia.

Facite homines discumbere.

1. — Huic praecepto Domini Apostoli nequicquam contradixerunt, multo minus ingens illa hominum multitudo, tametsi illis ignotus esset hujus praecepti domini exitus aut finis. Unde Lucas Brugensis ait, in *Math.* : « Qualis fuit simplicitas obedientiae Apostolorum, ut juberent discumbere, talis et facilis obsequendi populorum, ut nunc tantum verbo jussi discumbent, de fine licet incerti. » Chrysostomus, *Hom. xli in Joan.*, similiter ait : « Nondum visis panibus, ut intelligas quae non sunt, sicut ea quae sunt, ei subdita esse, ut Paulus testatur, vocans quae non sunt, tanquam ea quae sunt, ut hinc discipulorum animos excitaret; cum enim ex sermone illo lucrati essent, continuo paruerunt; neque perturbati sunt, dicentes : quid est hoc? quid jubes discumbere? nihil est paratum, sed ante miraculum credere ceperunt. »

2. — Didacens Stella ad locum alpistem, in quo discubuit erant, se reflectit, siquidem locus ille in deserto erat, et tamen eos vel minimum recalcitrare non constat : « Discubuerunt omnes in deserto illo super terram; pauci enim eorum habebant vestes pretiosas, si enim habuissent, vix recumbere voluissent super terram; ut intelligas non multos sapientes, nobiles aut divites ex Christi pane manducare; vel certe si divites et nobiles erant, haec contemnentem in vili humo sederunt. » Unde devotam quamdam instructionem pro illis deducit, qui ad panem et mensam sacramentalem sunt accessuri. Ergo ad edendum panem hunc requiritur ea animi modestia, ut non

te credas altiori loco dignum, quam humili terra, Salmeron quoque in sensu morali monitum quoddam suggerit, quod eidem dispositioni ad mensam dominicam multum potest cooperari : « Discubitis iste quietem mentis, et cessationem a curis atque molestiis significat. » Idipsum quasi Hugo Cardinalis notat hisce verbis : « Per quod significatur, quod qui verbo Dei audiendo voluit attendere, et mensae Domini participare, debent sensus suos arceri, et eis perfecte dominari, ut dicit Glossa. » Demum vero graviter invehitur contra illos, qui alio fine, quam ob spirituales profectum ad verbum Dei auscultandum conveniunt : « Contra illos, qui veniunt ad sermones, ut videant, et videantur, et concupiscant, et colloquantur cum mulieribus. »

3. — Illos quidem quiete sedere jussit, sed postquam ambulando defatigati fuere et viribus exhausti. Unde S. Ambrosius, in *Luc.*, ait : « Gratiae celestis impartitur alimentum, sed quibus impertiatur, advertit; non otiosis, non in civitate quasi in synagoga, vel saeculari dignitate residentibus, sed inter deserta quaerentibus Christum. » Suis quidem illos benedictionibus pascit, eosque quiete considerare facit, sed postquam eum audierunt et per labores et defatigationes inter alpestres horridasque solitudines eum fuere secuti.

4. — Salmeron factio discumbentium calculo computat, quod cum discumbentium numerus se praeter mulieres et parvulos ad quinque hominum millia extenderit, quilibet Apostolorum circiter octingentis quinquaginta hominibus ministravit.

Erat autem fennum multum in loco.

5. — Dionysius Carthusianus, in *Joan.*, ait : « Et sic locus mollior et aptior fuit ad sedendum atque vescendum. » S. Marcellus locum hunc virescentem fuisse dicit, intelligendo per fennum herbam viridem, vivam, nondum praecisam et exsiccata, qualis in principio veris circa Pascha esse solet. Theophylactus, in *Math.*, legit : *Super gramina, frugilitatem docens, ne ut in pretiosis lectis et stratis recumbas.*

6. — Quantum vero ad fœni hujus mysterium attinet, illud multiplex esse reperitur. Beda ait : « Fennum, in quo discumbens turba reficitur, concupiscentia carnalis intelligitur, quam calcare ac premere debet omnis, qui spiritualibus alimentis satiari desiderat; omnis enim caro fennum est et omnis gloria ejus tanquam flos fœni; discumbat ergo super fennum; florem fœni conterat, id est, castiget corpus suum et servituti subjiciat, voluptatem carnis edomet, quisquis panis vivi cupit suavitate refici. »

7. — Salmeron S. Marcellus dicere notat : « Super viride fennum, quia omnis caro fennum; Et scio, inquit Apostolus, quia non habitat in me, hoc est

« in carne mea bonum; et dicitur fennum viride, id est, nondum succisum falce mortis et peccati, quia tunc traditur comedendum bestiis inferni; ergo dum fennum est viride, id est, dum tempus hic habemus, operemur bonum. »

8. — Eusebius Emisenus oculum suum in panem Eucharisticum et sacri Altaris mensam dirigens, ita scribit : « Super fennum turbas discumbere facit, quatenus hoc cibo ille intelligat se esse indignum, qui nondum super fennum discumbit; Propheta enim, *Isa.*, xl, 7, dicit : *Vere fennum est populus.* Quicunque igitur es, qui vis satiari de panibus Christi, discumbe prius super fennum, prius enim te esse cognosce; finis enim nostri consideratio, ad accedendum digne ad Sacramentum, optima est praeparatio.

9. — Albertus Magnus per hoc fennum, super quod discumbentes sedebant, subjectionem intelligit, qua caro spiritui subjicitur : « Nec ad mensam Dei digne sedere poterit, qui carnem per servitium spiritui non subjicit. *I Corinth.*, ix, 27 : *Casus tigo corpus meum, etc.* » Interlinearis ait : « Super fennum studio continentiae calcata carne. » Rupertus Abbas Tutiensis ait : « Ut reprimant vesiae carnis, quia omnis caro fennum. »

10. — Paulus de Palatio scribit, per fennum in Scriptura sacra carnem et quamvis rem terrenam et caducam intelligi : *Omnis caro fennum*; item peccata minus grava, adducitque illum Apostoli, *I Cor.*, iii, 11, textum : *Qui aedificat super hoc fundamentum fennum, stipulam et lignum, opus ejus ardebit*; multa ergo peccata leviora sunt multum fennum. Igitur docuit nos Christus, eum, qui voluerit de caelesti cibo gustare, prius debere multa terrena continere; deinde quando non licet omnia venialia vitare, certe vitet multa, ut ex illo divino pane satiatur. »

Numero quasi quinque millia.

11. — « Quia quinque sunt, » inquit Beda, in *Luc.*, « exterioris hominis sensus; quinque millia viri Dominum secuti designant eos, qui in saeculari adhuc habitati possit, exterioribus quae possident, bene uti noverunt. » Hugo Cardinalis in illis quinque millibus quinque notat personarum genera, quae ad Dei verbum audiendum accedunt : « Per quos significatur quinque genera hominum, qui veniunt ad sermonem, quidam ut doceantur, scire; quidam ut doceantur vivere; quidam ut videantur boni esse; quidam observandi gratia; alii causa societatis et consuetudinibus. »

Additio.

a. — *Erat autem fennum multum in loco.* Si vis satiari de panibus Christi, discumbe prius super fennum; prius fennum te esse cognosce. Qui enim suae villitatis cognitionem obtinet, hic aptatur, ut

Christi mensa dignus esse censeatur. Sanctissima Deipara, mox ut Filium suum quem in sacramento degustamus, carne humana vestierat, ascendit in montana Judaea: *Abiit in montana cum festinatione*; nec tamen montes illi, abundantes gratiarum illius quae amari coerecerent, quin in Elisabeta et filium ejus dimanarent; postquam enim illa, vallem se humilem fecit, dicendo : *Unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me?* Repleta est Spiritu Sancto. Item ergo quaelibet anima dicat oportet, dum ad communionem accedit : *Unde hoc mihi ut veniat Dominus meus ad me?* Et cum Chananea dicere debet : *Catelli edunt de micis, quae cadunt de mensa dominorum suorum*, nam in proportione ad Angelos canem se esse censere debet. De Miphoboseth dicitur, quod *corruit in faciem suam et adoravit*, Davidem scilicet; sed quando illum sibi dicentem audivit : *Tu comedes panem in mensa mei semper*; cui ipse tunc protinus respondit : *Quis ego sum servus tuus, quia respexisti super canem mortuum et similem mei.* Eodem modo, quando verus David, hunc panem eucharisticum nobis manducandum proponit, nosque ad illum adorandum accedimus, dicere merito deberemus : « Vere panis florum, non mitendus canibus. » Vere enim panis ille, Angelorum panis est : « Ecce panem Angelorum; » nos autem veluti canes sumus in comparatione ipsorum, ideoque pane hoc indigni sumus : *Quis sum ego, etc.* Demum vero ad mensam eucharisticam accedentes, dicere possumus cum sapiente illa muliere Chananea : *Etiam, Domine, num et catelli edunt de micis, quae cadunt de mensa dominorum suorum.* Unde S. Ambrosius ait : « O uberes micae, quae repellitis jejuniium sempiternum, quae colligentem pauperum aeternis expletis alimentis! »

VERSUS 11.

Acceptit ergo Jesus panes et cum gratias egisset, distribuit discumbentibus; similiter et ex piscibus quantum volebant.

1. — Chrysostomus, *Hom. i in Math.*, discipulorum admiratur modestiam et mortificationem, et dicit : « Non clamaverunt, nihil nobis relinquatur, quo nostram invidiam mitigare possumus, sed confestim nihil murmurantes paruerunt. »

2. — Lyranus ad questionem, quae hoc loco excitari posset; car scilicet Dominus panem de novo non creaverit, sed multiplicavit? respondens dicit : « Non creavit de novo, sed praexistentes multiplicavit, ut miraculum esset magis notum, quia talis multiplicatio est magis perceptibilis, quam creatio. »

3. — « *Acceptit panem in manus suas, ut tactu suae manus,* » inquit Albertus Magnus, in *Joan.*, « virtus in panem ageret suae divinitatis. » Tolent aliam reddidit rationem, nimirum ut hoc miraculum

est hujus virtutis factum esse magis innotesceret: « Si enim creati fuissent ad illius preces, Deum illum panem misisse dixissent turbæ, sicut oratione « Elias pluit et sicut in deserto misse sunt coturnices; at dum ipse manibus suis accepit panes et multiplicat, in eo esse virtutem tantam nemo dubitare poterat. » Basilus Seleucus ait: « Panes pariebant panes, panes absque rusticano odore « parti, non de spicis erumpebant, sed de Domini « manu florescebant. »

4. — Toletus ait: « Factum est etiam hoc ad « mysterii significationem, de sacratissimo Eucha- « ristie pane, in qua non novus panis creatur, sed « panis jam factus assumitur, qui divina virtute in « Christi substantiam seu corpus convertitur. »

5. — Didacus Stella bene considerat, quod quamdiu panes illi in manibus pueri fuerint, numero- « rosæ huic multitudini sustentandæ vel salandæ « minime suffecerint: « At cum Christus illos in suis « manibus sumpsit, creverunt et multiplicati sunt: « sic opera, que tu facis per te et in tuis manibus « parvi momenti sunt; sed cum in manibus Christi « ea posteris, multiplicabit illa divina virtus et au- « gebit frugem justitiæ nostræ; nam ut Paulus ait: « Non qui seminant, aut qui plantant, sed qui incre- « mentum dant Deus. »

6. — Albertus Magnus dicit panem hunc tunc a Christo in manus sumi: « Quando refectio ad vires « reparandas sic sumitur, ut vires in obsequio Dei « exerceantur et expendantur. »

7. — S. Anselmus super S. Matthæum ad sensum recurrit allegoricum et ait: « Non nova creat ciba- « ria, sed acceptis eis, quæ habuerunt discipuli, « benedicit, quia veniens in carne, non alia, quam « quæ prædicta sunt, prædicat, sed legis et Pro- « phetarum scripta, quam sint mysteriis gratiæ « gravis demonstrat. Manducaverunt, dum intel- «lexerunt, quid sunt illa fragmenta, nisi quæ po- « pulus non potuit manducare? Intelliguntur quæ- « dam secreta intelligentiæ, quæ multitudo non « potest capere. »

Et cum gratias egisset.

8. — Rupertus Abbas Tuitiensis hanc gratiarum actionem ad exemplum factam esse dicit, quod nobis relinquere voluit, agendi Deo gratias iam pro illis quæ recepimus, quam pro aliis quæ ab ipso accipere speramus: « Videlicet ut nos de perceptis « vel percipiendis cælestis gratiæ donis exemplo « sui gratias agere prædoceret. »

9. — Chrysostomus, *Hom. lxxii ad pop.*, ad alium propositum scribit, nempe de mensa vulgari, ad quam præmissa benedictione accedimus et a qua cum gratiarum actione recedere solemus: « Mensa, » inquit, « ab oratione sumens initium, in orationem desi- « nens nunquam deficit, sed fonte largius omnia « nobis affert bona. » Et hæc quidem principalior

est hujus actionis causa. Unde et Albertus Magnus ait: « Ut nos doceret non sine gratiarum actione et « verbo orationis panem sumere et idee cum alia « miracula sine tactu et oratione perfecti, hic et « tangit propter benedictionem, et gratias agit « propter divinæ largitiæ donationem. » Alii tres Evangelistæ addunt: *Benedixit*: circa quod verbum Dionysius Carthusianus ait: « In quo docuit ante « comestionem benedicere cibos. » S. Bonaventura Chrysostomi testimonium adducens ita scribit: « In « panibus hoc fecit, » id est, gratiarum actionem præmisit, « ostendens, quoniam eos, qui comestio- « nem incipiunt, gratias agere Deo oportere; unde « Apostolus ait: *Sive manducatis, sive bibitis, vel « aliud agitis, in gloriam Dei facite.* »

10. — Salmeron observat, quod alii dicant Christum benedixisse et fregisse panem; item quod S. Joannes loco illius verbi, *Benedixit*, dicit: *Cum gratias egisset*, « ut intelligamus idem esse benedi- « cere et gratias agere, » ut adnotavit Cyrillus. « Hæc benedictio deprecatio fuit divinæ gratiæ, « que non simplex erat, sed efficiens panem bene- « dictorum multiplicationem, ut benedictio panis « in ultima Cena operatur panis in corpus Christi « transmutationem. »

11. — Paulus de Palatio, in *Matth.*, hanc benedictionem in alio sensu accipit, dicit enim: « Be- « necdicere Dei multiplicare est; nec forsan invenies « bona in Scriptura multiplicata sine benedictione « divina; agit igitur ex more Dominus, benedixit « multiplicaturus. » Dionysius Carthusianus ait: « *Benedixit illis*, dando eis, ut mox multiplicaren- « tur. »

12. — Sciendum quoque est, quod alii tres Evangelistæ unanimiter Christum in hac benedictione seu gratiarum actione oculos ad cælum ele- « vasse dicant, cuius mysterium explicans Cajetanus dicit: « Elevatis in cælum oculis, ad demonst- « randum quod a Deo fiebat miraculum. » Et Beda ait: « Respicit in cælum, ut illis dirigendam mentis « aciem, ibi locum scientiæ doceri esse quæren- « dum. »

13. — Hugo Cardinalis in sensu morali ad hoc reflectit, quod Christus panem prius benedixit et postea eundem frerit: « Ille primo benedixit et « postea docet illud. » Idem quoque Auctor ait: « Prius accipiendi sunt panes, post cum gratiarum « actione distribuendi, ut prius habere verbum in « manu, quam in lingua. » Demum vero pergit: « Hinc est, quod in principio mensæ datur bene- « dictio. Unde, I ad *Timoth.*, iv, 4: *Nihil rejicien- « dum, quod cum gratiarum actione percipitur, sanc- « tificatur enim per verbum Dei et orationem.* »

Distribuit discumbentibus.

14. — Observandum hoc loco est, quod S. Lucas dicit: *Distribuit discipulis suis, ut ponerent ante tur-*

bas, S. Hilarius, in *Matth.*, ait: « Dantur Apostolis « panes, quia per eos erant divinæ gratiæ dona « reddenda. » Interlinearis ait: « Qui prius Apo- « stolis dederat sensum, ut intelligerent Scripturas, « que per ministerium Apostolorum aliis exponun- « tur. » Theophylactus aliud motivum adducit, « quæ per ministerium Apostolorum aliis exponun- « tur. » Theophylactus aliud motivum adducit, « quæ per ministerium Apostolorum aliis exponun- « tur. » Theophylactus aliud motivum adducit, « quæ per ministerium Apostolorum aliis exponun- « tur. » Theophylactus aliud motivum adducit, « quæ per ministerium Apostolorum aliis exponun- « tur. »

15. — Didacus Stella ait: « Christus dedit his « victum per manus Apostolorum, sic dat pauperi- « bus per manus divitum. » Qui idem auctor ulterius dicit, potuisse quidem Christum efficere, ut aer turbæ huic præstaret nutrimentum, vel ut non sentirent furem, sicut idem donum pauperibus imperituri potuissent, eos mirum divitis sufficientibus locupletando: « Sed voluit in mundo esse pauperes « famelicos, ut dives beneficus esset; quia cupit hoc « medio eos salutem consequi, et pauperes etiam « patientiam habentes regnum cælorum adipisci. »

16. — Glossa super Lucam ita scribit: « Quod « Apostoli ministrant, futuram divisionem Domini « corporis et sanguinis præsentat. » S. Bonaventura ait: « Ipsi erant nobles Christi ministri et « dispensatores, et prompti ad inserendum, se- « cundum illud: *Sic nos existimet homo, ut minist- « ros Christi et dispensatores mysteriorum Dei.* »

17. — Didacus Stella in hoc ministerio interces- « sionem Sanctorum insinuari dicit: « Docemur hic « quanta bona nobis largiatur Deus per manus « sanctorum sanctorum. »

18. — Salmeron distinctam totius hujus distri- « butionis referit seriem; prius enim panes in mani- « bus Christi locum habebant, de quibus S. Augustinus in Homilia ad Mattheum lecta dicit: « Panes « illi quinque semina erant, non quidem terre « mandata, sed ab eo qui terram fecit, multipli- « cata, » a Christi manibus autem panes ad manus transierunt Apostolorum, ac demum in manus vene- « runt numerose illius multitudinis: « In manibus « Apostolorum et discumbentium; nam aliquin et « Christus ipse frangendo panes et Apostoli defe- « rentes minus laborant, et turbæ diutius expecta- « rent, donec ministri pauci totum cibum appone- « rent. Turbæ etiam per centenos et quinquagenos « discumbentes non vidissent signum, si tantum in « manibus Christi fiebat, nec ita communicaretur « in edendo signo potestas. Christus ergo frangendo « panem porrigebat discipulis pauca fragmenta, « qui in itinere credebant, ut non possent jam « ferro, in mensa multo plusangebantur, itaque « videbant se comedere et cibum non solum non « diminui, sed crescere. »

Similiter ex piscibus quantum volebant.

19. — Cajetanus ait: « Crediderim ergo signi- « ficari, quod tam panes quam pisces Jesus multi- « plicabat quantum volebant, discipulis ad distri- « buendum; quemadmodum principalis dispensator « dat prepositis mensarum quantum petunt; illi « autem petebant ad affluentem dandum. »

20. — Hugo Cardinalis in alio sensu hac de re scribit: « Contra illos qui invitæ prædicant et tedio « afficiunt predicatores præ nimietate. »

21. — Considerari etiam hoc loco potest, quod in mensa, quam Deus instituit, omnino que volumus et optare possumus, inveniamus; non vero idem contingit in mensa mundi, in hac enim nemo satiatur. Manna omnem in se saporis suavitatem habebat, quam quis desiderare poterat, quia cibus erat ex Dei penario ministratus: *Deservieris utinam- « ejusque voluntati, ad quod quisque volebat, converte- « batur.* Sap., xvi, 22.

Additiones.

a. — *Accepti autem Jesus panes et cum gratias egisset*, etc. Ecce quanta, post gratiarum actionem secuta abortus benedictionis, ut de paucis panibus, tot millibus satiatis, fragmenta que superflerant, duodecim cophinos exuberarent. Secundissimus est enim gratitudo virtus. Christus dat gratias, ut ipsa gratiarum actio ingentem uberetatem, ac fertilitatem pariat: nescit enim in parvis sistere, sed semper in nova augmenta in dies proficit. Ecclesiastes, i, 7, dicit: *Ad locum unde exeunt flumina, revertuntur, ut iterum fluant*; quem textum S. Bernardus, *Serm. i in cap. Jejun.*, adducens ait: « Non vero ut « minus habens, quod dederat Christus repetit; « sed ne tibi pereat quicquid ad eum referre vo- « luerit, siquidem etiam fluminis aqua, si stare « ceperit, et ipsa putrescet, et inundatione facta « superveniens repellitur. Sic plane, si gratiarum « cessat decursus, ubi recursus non fuerit, nec « modo nihil augetur ingrato, sed et quod accepe- « rat vortetur ei in perniciem. » S. Antonius quo- « que ut nos ad gratitudinem extimulet, his Ecclē- « siastæ verbis utitur, dicens: « Flumina, scilicet « gratiarum, de mari omnia exeunt, scilicet di- « vine largitiæ, et si non revertantur ad ipsum « mare unde exeunt, scilicet per beneficiorum re- « cognitionem, et gratiarum actionem, aqua gra- « tiæ privantur; et si redeant ad mare, id est, ad « Deum regratitudo, vel recognoscendo ab ipso « venire, ab eo recipiunt influxum aliarum grata- « rum, seu beneficiorum. »

b. — Panes non creavit Jesus, sed ex acceptis multiplicavit; et quamvis pauci viderentur pro cibo Apostolorum, illos tamen per turbas dividit; docens nos ex nostris rebus, quamvis exigue videantur, pauperibus subvenire, et aliquid eis impertiri. Qui-

libet enim, quantumvis pauper, eleemosynam dare potest, quia Deus affectum potius nostrum, quam effectum meritum, illudque acceptat, quod pro conditione nostra possumus. Salvator noster, die quadam, eos intuitus, qui oblationes in gazophylacium injiciebant, reliquos inter, quamdam vidit pauperulam mulierem, duo offerentem minuta, dixitque: *Vere dico vobis, quia vidua hæc pauper, plus quam omnes misit.* Alii equidem divites aurum argentumque contribuerant, nihilominus spirituum ponderator Dominus, hujus unius mulieris eleemosynam cunctis prævalere asseruit, inquit: *Plus quam omnes misit.* Ex qua historia S. Chrysostomus talem eruit conclusionem: « Nullus dicat non possum eleemosynas facere; non es vidua illa pauperior, » quæ adeo inops erat, ut nihil penitus in hoc mundo possideret, præter dicta minuta: *Ex eo quod deest illi, omnem victum suum, quem habuit misit.* Vere equidem, non est qui se abscondat a calore ejus, id est, a præcepto charitatis erga pauperem, nullum quantumcumque mendicis se subtrahere valet. Unde S. Ambrosius inquit: « Per B. Prophetam Dominus ita hortatur et admonet, eleemosynam fieri, ut prope nullus pauper sit qui se valeat excusare. » Quo fine illum adducit Isaia lectum, ubi Deus attestatur, sibi sufficere buccellam panis, quam proximo nostro famelico donaverimus: « Hoc jejuniu[m] est quod elegit: *Frango esurientis panem tuum;* non dixit ut integrum daret, cum pauper ille forte alium non haberet, sed, *frange,* inquit, hoc est dicere: « Eliamsi tanta tibi paupertas sit, ut non habeas nisi unum panem, ex ipso tamen frange et pauperi tribue; et pauperes, inquit, sine tecto, *induc in domum tuam;* quasi dicat: Si aliquis ita sit pauper ut non haberet unde tribuat pauperi cibum, vel in uno angulo domus suæ præparet lectum. Quid nos ad hoc dicturi sumus? » S. Gregorius dicit: « Exteriora nostra quamlibet parva Deo sufficiunt; cor namque et non substantiam » pensat. »

c. — S. Matthæus, xiv, 19, sequentibus verbis magnam illam beneficentiam Christi, que se verum Deum demonstravit, exponit: *Acceptis quinque panibus et duobus piscibus, aspiciens ut cælum benedixit et fregit.* Aspectus in cælum facit illum suspectum impotentie, alia enim grandiora miracula propria auctoritate patrat, et ad hoc vires cœli auxiliares implorare videtur. Præclare S. Chrysostomus, Hom. l. in Matth., hanc difficultatem tractans sic fatetur: « Ac ne repugnantia quadam in ipsis videatur, in cælum minora peracturus respicit » cum majora sua postulare a seipso faciat. » Nempe ostendit Christus quam sit difficile, et arduum minora facere, cum majora facturus, nec cælum aspicat, rem communicaturus cum Patre Deo, ejus quasi auxilium implorans, quod præstat ad minora

facienda: quasi in re virtutis difficilior sit minora et obvia facere quam majora, et que plus virum exigunt. O præclaram eruditionem, quæ instrumt fuerunt, quod tamen hæc, qui Christum secuti fuerant, minime evenit: *Justus comedit et replet animam suam, venter autem impiorum insaturabilis.* Prov., xii, 25. Eusebius Emissenus ait: « Certamen » sit inter panes et homines; homines manducant, panes cresunt; vincunt panes, superantur homines; illi sufficiunt, isti deficiunt; nisi enim manducare homines cessassent, fortasse in infinitum panes crescerent. » Unde Albertus Magnus ait: « Divina virtus semper exsuperat et exrescit. » Vinum a sponsis in nuptiis Canæ in Galilæa propinatam, in ipso conviviis fervore protinus deficit; ad denotandum, quod in mundanis *extrema gaudii lactus occupat;* mundus etenim bonum prandium alicui exhibere nequit, quin semper in fine malam cœnam ministret; non vero sic se vinum illud habuit, quod Deus noster miraculose subministravit: *Tu autem servasti bonum vinum usque adhuc;* et de hydris vinum illud continentibus dicitur: *Impleverunt eas usque ad summum.* Porro superabundantis liberalitatis Christi, in sectatoribus suis cœlesti pane suo satians, manifestum fuit indicium ingens ille residuorum fragmentorum in quantitate excessus, de quo Victor Antiochenus ita scribit: « Tanta reliquiarum vis facta fuit, quo publice constaret tantam rerum abundantiam magis provenisse ad ostendendam facientis virtutem, quam ad expellendam præsentis populi necessitatem. »

2. — Porro aliis tres Evangeliste loco dictionis illius: *Impleti,* scribant: *Saturati sunt.* S. Bonaventura, in Luc., ait: « *Impletum est,* in cujus figura dixit Eliseus de paucis panibus: *Hoc enim dicit Dominus: Comedent et supererit.* » S. Hilarius, in Matth., ait: « Crescit materies, nescio utrum in mensurarum loco, an in manibus sumentium, an in ore edentium. Ne mirere fontes fluere, inesse uvas vitibus, et uvæ vina diffundi, et omnes mundi opes annuo quodam meatu indefessoque defluere; auctorem enim hujus universitatis tantis non panum profectus ostendit. »

3. — Lyranus super textum Matthæi in sensu morali ita scribit: « Per hoc autem, quod pavit eos corporaliter, significatur, quod Prælati et curati debent subditos pascere verbo doctrinæ et Sacramento Eucharistiæ; » ac proinde S. Joannes non sine mysterio miraculum istud tempore, quod Paschati proximum erat, accidisse notat, in fidei fides omnes a Pastoribus suis communionem accipere solent.

4. — Idem quoque Auctor pro majori hujus miraculi evidentiâ notat, quod Evangeliste de discumbentibus scriperint: *Saturati sunt, impleti sunt;* » Per hoc enim ostenditur miraculi veritas; si enim multiplicatio fuisset secundum apparentiam tan-

tina fuere divites, qui in deliciis et voluptatibus suis passi fuerant famem, neque osquequaque contenti fuerant, quod tamen hæc, qui Christum secuti fuerant, minime evenit: *Justus comedit et replet animam suam, venter autem impiorum insaturabilis.* Prov., xii, 25. Eusebius Emissenus ait: « Certamen » sit inter panes et homines; homines manducant, panes cresunt; vincunt panes, superantur homines; illi sufficiunt, isti deficiunt; nisi enim manducare homines cessassent, fortasse in infinitum panes crescerent. » Unde Albertus Magnus ait: « Divina virtus semper exsuperat et exrescit. » Vinum a sponsis in nuptiis Canæ in Galilæa propinatam, in ipso conviviis fervore protinus deficit; ad denotandum, quod in mundanis *extrema gaudii lactus occupat;* mundus etenim bonum prandium alicui exhibere nequit, quin semper in fine malam cœnam ministret; non vero sic se vinum illud habuit, quod Deus noster miraculose subministravit: *Tu autem servasti bonum vinum usque adhuc;* et de hydris vinum illud continentibus dicitur: *Impleverunt eas usque ad summum.* Porro superabundantis liberalitatis Christi, in sectatoribus suis cœlesti pane suo satians, manifestum fuit indicium ingens ille residuorum fragmentorum in quantitate excessus, de quo Victor Antiochenus ita scribit: « Tanta reliquiarum vis facta fuit, quo publice constaret tantam rerum abundantiam magis provenisse ad ostendendam facientis virtutem, quam ad expellendam præsentis populi necessitatem. »

2. — Porro aliis tres Evangeliste loco dictionis illius: *Impleti,* scribant: *Saturati sunt.* S. Bonaventura, in Luc., ait: « *Impletum est,* in cujus figura dixit Eliseus de paucis panibus: *Hoc enim dicit Dominus: Comedent et supererit.* » S. Hilarius, in Matth., ait: « Crescit materies, nescio utrum in mensurarum loco, an in manibus sumentium, an in ore edentium. Ne mirere fontes fluere, inesse uvas vitibus, et uvæ vina diffundi, et omnes mundi opes annuo quodam meatu indefessoque defluere; auctorem enim hujus universitatis tantis non panum profectus ostendit. »

3. — Lyranus super textum Matthæi in sensu morali ita scribit: « Per hoc autem, quod pavit eos corporaliter, significatur, quod Prælati et curati debent subditos pascere verbo doctrinæ et Sacramento Eucharistiæ; » ac proinde S. Joannes non sine mysterio miraculum istud tempore, quod Paschati proximum erat, accidisse notat, in fidei fides omnes a Pastoribus suis communionem accipere solent.

4. — Idem quoque Auctor pro majori hujus miraculi evidentiâ notat, quod Evangeliste de discumbentibus scriperint: *Saturati sunt, impleti sunt;* » Per hoc enim ostenditur miraculi veritas; si enim multiplicatio fuisset secundum apparentiam tan-

« tum, homines non fuissent inde satiati, nec res mansissent reliquie sensibiles. »

5. — Glossa, in Luc., scribit: « Significat famem in perpetuum ab electis repellendam, quia non esuriet qui acceperit Christi cibum: *Non esurient, æ neque sient amplius,* » ut in Apocalypsi scribitur.

6. — Dionysius Carthusianus, in Joan., sic loco querit, quomodo hæc turbæ ex hæc refectioe satiata dici potuerint, cum vinum et alium qualecumque potus in ea defuisse noscatur, siquidem potus nulla penitus sit mentio. Et respondet: « Certum videtur, quod si non habuerunt aliunde potum, quod Christus dedit cibaris istis virtutem agendi quod efficit potus, ita quod sitim perpressi non sunt; » opera nempe Christi summi opificis perfecta fuerunt; quos ergo refecit, perfecte refecit. »

7. — Considerabilis est inter cætera hujus miraculi superius enumeratas circumstantias, quam S. Marcus, vi, 34, hæc historiam describens expressit, nimirum: *Cœpit illos docere multa.* Exinde namque colligitur, quod prius turbas illa divini verbi sui annona paverit: *Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Albertus Magnus super illa verba Matthæi: *Dimitte turbas,* dicit: « Exinde arguitur, quod turbæ illæ licet jejuna, et ex longinquo itinere defatigatæ essent, a Christo divelli non potuerint. » Ex hoc notatur quod turba non petebat ire, suspensa ad dulcedinem sermonis: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo.* Salmeron ait: « Primo quidem sacræ doctrinæ pabulo refecit illorum animas, postremo etiam pane communi satiavit, adeo ut merito de eis dicatur: *Impleti sunt, saturati sunt;* unde dici tunc potuit: Duplici substantia totum cibavit hominem. »

8. — Paschasius ad panem Eucharisticum alludens ait: « Etenim hydris farinæ sive panes crescunt, et non minuuntur dum saliant; quid putas « caro Christi? » Verisimile est utique, quod dum homines turbæ illius in principio panem in tam modica quantitate apponi viderunt, ultimi valde anhelaverint, ut primis se jungere possent, timentes ne modica illa quantitas ad illos usque perlingere non posset; at vero panis cœlestis Eucharistiæ hæc est extrema prerogativa, quod « sumit unus, sumunt mille, tantum isti, quantum ille, nec sumptus « consumitur. Manducat Dominum pauper, servus « et humilis. »

Dicit discipulis suis.

9. — Cnr hæc fragmenta a discipulis suis, non vero ab aliis colligi voluit? « Quod turbis superaculi evidentiâ notat, quod Evangeliste de discumbentibus scriperint: *Saturati sunt, impleti sunt;* » Per hoc enim ostenditur miraculi veritas; si enim multiplicatio fuisset secundum apparentiam tan-

Colligite quae superaverunt fragmenta ne pereant.

10. — Finis, ob quem Christus ex hoc apposito pane tota fragmenta superesse voluit, optime a Theophylacto his verbis, in *Joan.*, exponitur: « Non propter ostentationem, sed ne credatur per phantasmata satiatos esse homines; apparet autem omnibus quod vere satiati sunt, quando quidem residua fuerunt. »

11. — Voluit quoque Dominus noster per hoc utilissimam quandam nobis imprimere doctrinam, qua erudiamur mensurarum nostrarum panes in pauperum refectorem colligendos esse. Unde Rupertus Abbas, *lib. VI in Joan.*, scribit: « Non solum in dispensatione verbi Dei, verum etiam in usu vel victu panis hujus visibilis, quo corpus pascitur, curandum est, ne nobis saturatis pereat, quod esurientibus potest processu pauperibus. » Albertus Magnus hoc loco quaerit: « Quare superflua ministravit, cum hoc vitium quoddam dicatur? » Dicendum, quod non est vitium, sed virtutis largissimae indicium, quando superfluum convertitur ad utilitatem pauperum, sicut hic. *Luc.*, xi, 41: *Quod superest dato eleemosynam*; ideo preceptum colligi, ut collecta pauperibus distribuerentur. »

12. — Erant fragmenta haec merito diligenter custodienda, quia panis admodum pretiosi reliquiae erant. Rupertus Abbas de petitione illa orationis quotidianae, quam nos Christus ipse scilicet orare docuit, *panem nostram quotidianam da nobis hodie*, ita scribit: « Triplicem debet panem nostrae devotionis humilitas intendere. Primum, panem spirituale, id est, omne verbum quod procedit ex ore Dei, quo noster homo interior vivit; deinde panem dominici corporis, quo interior simul et exterior homo in vitam aeternam convalescit; et subinde panem carnalem, quem et ipsum item Deus et Pater omnium hominum immerito de terra producit; presentibus turbis omnem hujus triplicis panis largitatem eodem tempore aperuit; loquebatur enim illis de regno Dei, quod est panem spirituale frangere esurienti; refecit eos carnalibus epulis; et deinde praedicavit eis, ut esurirent et sitirent cibum et potum sanguinis sui. »

13. — S. Bernardus, *Serm. LI in Cant.*, per haec fragmenta, beneficia à Deo accepta interpretatur, quae tametsi nonnunquam non magni ponderis esse videntur, oblivioni tamen minime tradenda, nec negligenda sunt: « Jubemur colligere fragmenta, id est, nec minimi benefici oblivisci. »

14. — Paulus de Palatio, in *Matth.*, ait: « Merito jubet Dominus colligi reliquias, quia diem festum agent tibi. Plus gaudet anima cum in memoria adducit, se gusti Dei cibitatem, quam si cuncta terrena possideret. »

15. — Salmeron observat fragmenta haec non solum de panibus, verum etiam de piscibus man-

sisse residua, prout ex textu S. Marci colligitur: « Ad magnificentiam convivii spectabat, ut utrumque quae superesset. Plus tribuit quam opus sit ad miraculi claritatem, et plus tribuit nobis quam egeamus, ut sit unde charitatem erga proximos exerceamus. »

16. — Idem quoque, qua ratione haec fragmenta disperdantur, sequentibus verbis declarat: « Perierunt ergo fragmenta, » inquit, « quae ad usum et utilitatem hominum non proveniant. »

Additiones.

a. — *Ut autem impleti sunt*, etc. Non dubium est quin Christum sequentes lassati sint. Ad laborem tamen voluptatem, ad alendam vitam subsidia, et ad recuperandam salutem etiam adepti sunt miracula. Aliter vero accideret eis, si voluptatem secuti essent: laborarent namque vera afflictione, et carerent voluptate. Gaudia enim praesentia quo studiose inquirimus, fieta tantum sunt; sunt namque rose multis spinis obsepta: quae subito effluunt. Ille monachorum omnium qui haec fecerunt, aut deinceps futuri sunt, potentissimus et felicissimus, qui de semetipso confessus est dicens: *Omnia quae desideraverunt oculi mei non negavi eis*, ille ipse inquam, in hilaritate et gaudio merore latere errores et deceptiones agnovit: *Ititum reputavi errorem et gaudio dicit: Quid frustra deciperis. Eccl.*, ii, 2. Quae verba aptissima pariter et efficacissima sunt, ut nos ab his insolentis et vantatibus mundi, divertere queant.

b. — *Colligite quae superaverunt fragmenta ne pereant.* S. V. Ferrerius, in *Dom. IV Quadrage.*, existimat quod cum panes coeperunt multiplicari ac distribui homines et turba maxime erant anxii, nam panes et pisces sufficerent. Ad propositum autem hoc Eusebius Emisenus, *Serm. in Dom. IV*, ait: « Certamen fit inter panes et homines; homines manducant, panes crescent; vincunt panes, superantur homines; illi sufficient, isti deficient, nisi enim manducare homines cessassent, forte in infinitum panes crescerent. » Hinc discamus miram Dei providentiam et bonitatem; ipse enim ultra omnem spem nostram in nos beneficus est. Idiota in libro quem de amore divino composuit hanc considerationem habet: « Orietur etiam amor ad te diligendum, per beneficia a te multiplicata: nobis collata, quia quidquid boni habemus, a te habemus, et ultra multa bona, te ipsum nobis dedisti, cum de caelo propter nos descendisti. »

Alio in loco, optime ponderat qualiter Deus olim populo suo se beneficium deinceps ergit illum futurum esse promiserit, terram facundam et fertilem efficiendo, eumque in cunctis bonis temporalibus omni optata prosperitate circumdando, ut hac ratione populus hic totum affectum et amorem suum in eo reponeret: « Tam exuberans est amor

tus, quod diligenti te, una cum spiritualibus bonis, bona etiam temporalia concedis, sicut dictum est a te: *Si obedieritis mandatis meis, ut diligatis Dominum Deum vestrum, et servatis eis in toto corde vestro, anima et mente vestro, dabo vobis vitam temporalem et aeternam, ut colligatis frumentum et vinum et oleum et facinum agri.* » Hoc autem parum est; quia bona quoque invisibilia, ipsamque caelum empyreum pro nobis creata fuerunt, quia in terra ista, velut in exilio vivimus, et tanquam viatores ad illam caeli patriam ambulamus: *Possedite paratum vobis regnum a constitutione mundi.* *Matth.*, xxv, 34. Angeli quoque creati sunt, ut nobis ministrarent, nosque custodirent, atque vigiliis et excubiis pro nobis agerent: *Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodiant te.* *Psal.* xc, 11. Caeli extensi fuere, ut benignos super nos fluctus irrorarent; tempus in partium anni, sive stationum vicissitudinem creavit; stellas in caeli stellati ornatum et elegantiam condidit; aer ad nostram respirationem, ignis ad calefactionem corporum nostrorum, terra ad fructificandum nobis fuere producta. Universa bona ista, in substantia, inquit Bernardus, pro quoniam putas fuere producta? « Cui putas? Nulli nisi tibi? » Verumtamen hic nostri amanatissimus, minime contentus de eo, quod ad beneficiandum nobis, suam, ut ita dicam, potentiam exhanserit, insuper semetipsum nobis dare voluit: *Semetipsum exinanivit*, ut nos locupletaret.

VERSUS 13.

Collegerunt ergo et impleverunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, quae superaverunt his qui manducaverunt.

1. — Queri hic opportune potest, quomodo in sterili quadam solitudine, ubi nulla erat incolarum habitatio, tam prompte duodecim cophini reperiri potuerint? Cui quaesito haec potest subservire responsio, quod ad dandum duo solum reperti fuerint pisces et quinque hordeacei panes; at vero ad recipiendum, sive ad colligendum subito, ut ita dicam, curatur ut adsint duodecim cophini et plures, si fuisset necessum, inventi fuissent, quia aviditas hominum ad recipiendum et interesse propriam omnia facile praesto esse faciunt. Quando Salvator noster a Samaritana haustum aquae ex communi omnibus puteo sibi dari petiit, ab ea repulsam pati debuit, dicente: *Quomodo tu, Judaea cum sis, bibere a me possis? neque in quo haurias habes*; at vero quando et aquam vivam obtulit, dicens: *Si scires donum Dei, etc., dedissem tibi aquam vivam*, de situla sollicita non fuit, sed proliuis dixit: *Domine, da mihi hanc aquam.*

2. — Toletus Apostolos non omnia fragmenta collegisse existimat: « Verisimile est haec fragmenta collecta non esse omnia ea, quae ex refec-

tione superfluerunt, multa enim ipsos comedentes sibi reservasse in cibum futurum, sive in testimonium tanti miraculi, ut fieri solet, probabile est. »

3. — Lucas Brugensis in *Matth.*, quoniam modo haec fragmenta multiplicata fuerint declarat, dicens: « Non quinque panes multiplicaverunt in plures, sic enim de Dei tantum illos suppeditantis, non de Jesu constitisset, sed fragmentis fragmenta succedunt et fallunt semper praefracta frangentes. Hilarii verbis utar. Vidisses, inquit Ambrosius, incomprehensibilis quodam rigatu, inter dividendum manus quas non frögerant, fructificare particulas et intacta fragmentum digitis, sponte sua fragmenta subrepere, quemadmodum videmus liquidis fontibus continuo fluere successus. » S. Thomas, in *Joan.*, haec fragmenta etiam secundum numerum cophinorum considerata mystica fuisse observat, dicit enim: « Ubi notandum quod non quantumque reliquiae supersunt, neque ad casum, sed secundum certitudinem, quia neque plus, neque minus, sed quantum voluit, fecit superfluum esse, cuius signum est, quod cophinis cajuslibet Apostoli plenus fuit. Duodecim ergo cophini significant duodecim Apostolos et eorum imitatores, qui licet in praesenti sint contempnibiles, spiritualium lamen sacramentorum divitibus sint interius repleti. » Rupertus Abbas quoque in hoc numero Apostolos observat: « Numero suo prefigurantes universos sanctae Ecclesiae Doctores, quorum fidei ministerio tractandum erat vitalis iste Scripturarum panis. » Quae expositio pariter menti S. Thomae consonat, scribentis: « Per fragmenta intelligitur sensus spiritualis, qui a turba non capitur, sed in cophinis, id est, in sapientibus. » S. Anselmus, in *Matth.*, rationem reddit cur Apostoli per haec caeteroquin servilia vasa denotentur; dicit enim: « Quare dicuntur cophini pleni fragmentis constat enim cophinis servilia opera solere geri; Christus qui cophinis fragmentis repleti, qui infirma mundi elegit, ut confundat fortia. »

4. — Chrysostomus, *Hom. xli in Joan.*, ait: « Erat autem et hoc non parum ad Judaeos damnationem, qui et cophinum portabant, qui oculatus tanti miraculi testis erat. » Basilius Seleucus ait: « Pari cum Apostolis numero sunt cophini, ut singuli singulos bajulando laborem miraculi testem subeant, humerusque dum teritur, rei gestae sensum ingerat et memoria fatigatione conservetur. » Haec autem memoria in Apostolis et multo magis in Juda subito evanuit.

5. — S. Gaudentius liberalissimam Christi magnificentiam his verbis admiratur: « Jam quinque millium hominum famem quinque panibus hordeaceis et duobus piscibus satiaverat, majori miraculo convivium solvens, amplior enim cibi appositi quantitate reliquiarum cumulus inventi-

« tur. » Eadem liberalitas a S. Cyrillo Alexandrino his verbis commendatur : « Liberalitas nobis hoc miraculo commendatur, et quasi magna voce dicitur : quanto plura dabis liberaliter ac misericorditer, tanto tibi plura largius confluent. » Apostoli ad pauperum hanc turbam satiantium quinque panes et duos pisces, prandium videlicet et victum ipsismet necessarium dederunt, et duodecim cophinos receperunt panibus et piscibus plenos.

Additio.

a. — *Collegerunt et impleverunt duodecim cophinos.* Notandum est quo plus de panibus et piscibus elargiebatur Christus, eo magis multiplicabantur; quia liberalitas in pauperes non minuit, sed auget bona et divitias. Verum enim vero, quia forte nonnulli sunt, qui ab obligatione dandi eleemosynam, ideo se subducunt, quia nimirum id quod proximis egenis dispensant, sese perdere arbitrantur, ideo tales S. Basilium auscultent dicentem : « Mirum, « fortasse incredibile, quod tibi sum dicturus videbitur, tamen omni re certius. » Quid igitur sanctus hic Doctor intendit dicere, quod difficillimum esse dicit ad credendum? Qualem illud paradoxum erit? « Distribute opes, ut ipse testatur Dominus, firmiores permanere, amate vero ac cupidi minus custodite auferri solent; si asservabis, non « habebis; si dispersas invenies. » S. Chrysostomus dicit : « Dives est, non qui multa possidet, sed « qui multa largitur. » S. Antonius Patav. varia adducit motiva, eaque valde efficacia, ad cognoscendam utilitatem quae ex eleemosyna in nos redundat; inter alia vero haec dicit : « Similiter « etiam commodum temporale, eleemosyna enim « non solum animae confert medicinam, verum « etiam temporale lucrum procurat. » Quod sequenti similitudine naturali apte declarat : aqua enim putealis, inquit, quanto frequentius hauritur, tanto limpidior gustuique gratior efficitur, majorique cum viracitate scaturit et amplius crescit. At vero si nunquam inde aqua exhauriatur, sed stagnare permittatur, perditur, languescit, imo et marcescit, et venarum « quibus scaturit, influenza debilitatur : « Sic eleemosyna cum de puteo divitiarum hauritur, reddit ipsas puriores quoad conscientiam, sapidiore quoad interiorum gustum, facitque ipsas divitias multiplicari. » In opusculis S. Francisci sequentia leguntur aurea verba : « Pauper mendicis, divitem a quo eleemosynam flagitat, abundantioribus afficit herisauris et occultam subministrat foenoris et lucri occasionem. » S. Bonaventura inter alios stimulos quibus homines tenaces ad succurrendum ex charitate pauperibus incitat, talem affert : « Debet considerare dives homo, ad quid petit Deus; Deus enim petit, non ad dandum sed ad mutuandum, nec tamen ad triplas, imo ad centuplas usuras. »

VERSUS 44.

Illi ergo homines cum vidissent, quod Jesus fecerat signum, dicebant, quia hic est vere Propheta, qui venturus est in mundum.

1. — « Vide gulam vulgi, » inquit Theophylactus. Etenim Dominus noster miracula longe prodigiosiora, eaque sine numero patravert, nec tamen illa admirati fuisse leguntur : « Et ecce propter cibum « dicunt : *Hic est ille Propheta, etc.*, non amplius « eum de sabbati violatione argunt, non ultra « legem vindicant, sed adeo illum propter panes « colunt, ut et eum non solum Prophetam praedicent, sed et dignum regno censeant. » In eodem cap. vi S. Joannis, 41 et 42 : *Murmurabant Judaei de illo, quia dicebat : Ego sum panis vivus qui de caelo descendi; et dicebant : Nonne hic est filius Joseph, cujus nos novimus patrem et matrem?* quomodo igitur cum his concordat, quod nunc tanta cum solemnitate et honorificentia publice eidem acclamant? Chrysostomus, *Hom. xlv in Joan.*, ait : « Qui cum « comederent panem, Prophetam Jesum appellabant, et Regem facere volebant : hoc in loco « indignati, filium fabri dicunt. Et quidem videbantur indignari, quia de caelis descendisse se « diceret; non tamen haec erat causa, sed quod « corpus non pasceret. » Enimvero semper novissimum est, quod laute cibari, et tractari, eos murmurantibus faciendis, vehementer obturet et occludat, *Ps. lviii, 16 : Si non fuerint saturati, murmurabunt.* Paulo post idem Chrysostomus ait : « Cum audirent non amplius edendum, incredulitatis praecipuum invenerunt, quod alius loqueretur. » Lucas Brugensis dicit : « Nota vulgi « ingenium citius sentientis ventris beneficium, « quam mentis. » Idem Chrysostomus, *Hom. xlii in Joan.*, eadem de re ita scribit : « Proh, quanta « gule vis, quam mulabilis sententia; jam non amplius plus calumniantur, nec sabbati transgressionem « curant, neque Dei zelo moventur; omnes has « curas pleno ventre abiecerunt; Propheta erat, « Regem volebant. » Toletus vero actoritatem adducit S. Gregorii dicentis : turbam hanc Christi praedicationem deinceps longe majoris existimasse et veneratam fuisse, eo quod eandem tam praeclearis misericordiae operibus vidissent authenticatam : « Egentis animum praedicantis sermo non « penetrat, si hunc apud ejus animum misericordiae die manus non commendat. »

2. — Lucas Brugensis ait : « Levissimi beneficii « est alere corpus, majus est sanare, maximum « sacra doctrina animum pascere; pro doctrina, « pro sanitate nemo regnum obtulit, pro cibo « offerre ardent. » Didacus Stella aliam hinc deducit moralitatem, dum ita scribit : « Sic multi in « prosperitate, cum eis dat Deus divitias, honores,

« cibos, aut bona temporalia, laudant Deum, sed « cum venit tribulatio, murmurant, detrahunt. »

VERSUS 45.

Jesus ergo cum cognovisset, quia venturi essent, ut raperent eum et facerent eum Regem, fugit iterum in montem ipse solus.

Cum cognovisset quia venturi essent.

1. — Lucas Brugensis dicit id Christum fecisse, postquam praevideret eos congregandos esse, ut eum proclamarent Regem : « Non permisit eos ad « se venire, nam si palam fuisset tentatum, quod « animis conceperant, sparsus mox fuisset rumor « defectionis, nec postea facile fuisset inustam « semel maculam eluere. Noluit igitur permittere « id quod calumnie foret occasio. »

2. — In Isaia, iii, 7, varia legimus illius, qui in Principem eligi renebat, adducta motiva : *Non sum medicus, inquit, et in domo mea non est panis, neque vestimentum, nolite me constituere Principem populi.* S. Gregorius de Christo dicit : « Quis enim « principari hominibus tam sine culpa potuisset « quam is qui hos nimirum regebat quos ipse creaverat? » Ipse aliorum infirmitates curaverat, videbant signa quae faciebat super his qui infirmabantur; ipse panum abundantia affluebat, et sicut hunc multiplicaverat, ita quoque linum, lanam, pannum multiplicare haud dubie potuisset, unde nullam habebat se excusandi causam et dicendi : *Nolite me constituere Principem;* at vero, ut idem gloriosus Pontifex dicit, quia in mundum hunc venit, non solum ut sua nos morte redimeret, verum etiam ut suo nobis exemplo caeli viam demonstraret : « Rex fieri noluit, ad crucis patibulum sponte pervenit, « oblatam gloriam culminis fugit, penam probrose « mortis appetiit, ut membra ejus discerent favores « mundi fugere. »

3. — Porro satis est verisimile hujus turbae homines pro majori parte ob proprium suum interesse et commodum motos fuisse, ut Christum stantierint facere Regem, siquidem se hoc pacto, omnem laborem fugere posse sperabant, videntes quod ut illis prospiceret, tam insignia ederet miracula, semper se sanos mansuros esse credebant, quando ipsius curae subjecti essent, eo quod illum unquamque proliquis curare vidissent; *Act., x, 38 : Pertransiit benefaciendo et sanando;* at vero graviter hallucinantur; *Psal. cxvii, 2 : Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es et bene tibi erit.* Albertus Magnus electores hosce hunc in modum describit : « Illi qui manducaverant; novit enim eos, « ut dicit Chrysostomus, quia tam faciliter multos « procuravit, et ideo ab ipso otiosam et resolutam, « et gastrimarginosam putabant ducere vitam, qui « omnibus abundarent, et nihil laboris vel impensarum impenderent, et ideo corruptam eorum

« noverat esse intentionem. Videbant quod non « oporteret, quod pro ipso arma sumerent, quia « seipsum ab omnibus posset defendere. » Rupertus Abbas quoque haec verbis eorum conditiones declarat, dum ait : « Videlicet diligentes hoc secutum et sapientes ea quae carnis sunt, hoc in illo « amaverunt, quod in illo miraculo experti sunt, « scilicet posse illum omni ubertate rerum pascere « populum suum, locupletare regnum Judaeorum, « totumque divitiis vincere et acquirere mundum. »

Ut raperent eum et facerent eum Regem.

4. — « Quid enim? non erat Rex, » inquit S. Augustinus, *tract. xxv in Joan.*, « qui timebat fieri « Rex? erat omnino, nec talis qui ab hominibus « fieret, sed talis qui hominibus regnum daret; » et tamen tum ex hoc verbo, *raperent*, quod a Spiritu Sancto, qui spiritus est veritatis, dictatum fuit; tum ex ejus fuga perspicue videtur infinita, quam ex hac exaltatione habuit repugnantia S. Thomas ait : « Illud rapti dicitur, quod « propter voluntatem et opportunitatem accipitur. » Cajetanus dicit : « Cognoscebant Jesum « alienum esse ab appellatione regni. » Dionysius Carthusianus quaerit : « Cur raperent quasi violentiam « illaturus? puto quod ideo, quia Jesum praesumebant, quem noverant, humilitatem et paupertatem docere, non debere acquiescere eis in accipiendo dominium. » Et quidem tametsi Caesaris et synagoga, quae illi omnino adversabatur, timere poterant indignationem et gravissimam offensam; attamen quia ipsum verum promissum in lege Messiam esse credebant, cui regnum adpromissum fuerat, nihil penitus offensam illorum faciebant, *Ps. xxvii, 3 : Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum; si exsurgat adversum me praetium, in hoc ego sperabo.*

5. — Idem Carthusianus ipsos tribus potissimum ex causis ad ipsum Regem creandum motos fuisse considerat : « Primo, quia viderunt eum piissimum, « compassivum ac liberalem. Secundo, valde sapientem in omnibus. Tertio, potentem supra naturam, sicque credebant se ab ipso defendendos, « adeo nec Romanos, nec Pontifices proprios « attenderunt. »

Fugit iterum in montem ipse solus.

6. — Toletus ait : « Passu veloci tanquam fugiens « recessit ad divinae contemplationis montem, do- « cens eos vehementer ascendere debere, qui mundi « honores et pompas vitare pro Dei amore cupiunt. »

7. — Dionysius Carthusianus, *in Joan.*, ita scribit : « Promovendus in Regem fugit, quaesitus ad « circumferendum paratum se obtulit, confundit suum pericam ambitionem nostram; ipse enim idecirco « haec fecit, ut doceat nos honores prelationesque

« fugere, adversa autem æquanimiter sustinere. »
 Lyranus Christum se ad mortem promptum et
 expeditum obtulisse dicit, dum ait : *Ego sum*, « per
 hoc ostendens, quod virtuosus debet esse tardus
 « ad honores et promptus ad labores. »

S. — S. Thomas tres hujus fugæ rationes addu-
 cit. Prima est, quia alias dignitati suæ derogaturus
 fuisset, si se ab hominibus in Regem eligi permi-
 sisset : « Quia sic Rex erat, ut ejus participatione
 « omnes Reges essent. » Secunda, quia alias ingens
 attulisset damnum, doctrinæ quam annuntiabat,
 « si claritatem et robur ab hominibus accepisset;
 « sic enim operabatur et docebat, ut totum virtutis
 « divinæ adscriberetur, et non favori humano. » Et
 ideo Joan., v, 41, protestatur dicens : *Claritatem ab
 hominibus non accipio*. Tertia ratio jam adducta
 fuit a Dionysio : « Ut erudiret nos humanas digni-
 « tates contemnere. »

9. — Rupertus Abbas ait : « Verum per hoc
 « quod fugit, alius quid mystice innuit, quia qui
 « Christum propter aliud, quam propter Christum
 « sequuntur, fugit ab eis Christus. »

Additio.

a. — *Jesus ergo cum cognovisset quia venturi es-
 sent, etc.* In honoratissima hac Salvatoris nostri
 fuga qua se a populo eum invitum in regem pro-
 clamare volente clam subduxit, omnes nos sequa-
 ces ejus evidenter docuit, quantum nobis curandum
 sit, ut in dignitatibus et in honoribus pro virili
 nostra fugiendis et declinandis stabiles et constantes

simus; nam ut S. Gregorius scribit : « Quis enim
 « principari hominibus tam sine culpa potuisset
 « quam is qui hos nimirum regeat quos ipse
 « creaverat. » Quis boni principis munia adequato
 melius implere potuisset quam ipsemet Dei Filius,
 in cujus fœmore scriptum legitur : *Rex regum et
 Dominus dominantium*. De quo Psalmista quoque
 attestatur, *Psal. xxii, 1* : *Dominus est terra et plenitudo
 ejus, orbis terrarum et universi habitant in eo*.
*Aperis tu manum tuam et implet omne animal bene-
 dictione*. De quo etiam S. Augustinus, *lib. V Con-
 fes.*, xi, ita scribit : « Sic curas unumquemque
 « nostrum, tanquam solum cures, et sic omnes,
 « tanquam singulos. » Et tamen S. Gregorius ait :
 « Sed quia idecirco in carne apparuit, ut non solum
 « nos per Passionem redimeret, verum etiam per
 « conversationem doceret, exemplum se sequenti-
 « bus præbens, rex fieri noluit; ad crucis vero
 « patibulum sponte pervenit. Oblatam gloriam cul-
 « minis fugit, penam probrosa mortis appetit, ut
 « membra ejus disceret favores mundi fugere. »
 Notanda sunt illa verba : *Ut raperent eum*. Ex his
 enim colligitur, quod quia Christum ab omni sem-
 per pompa et gloria mundana alienissimum esse
 conspexerant, ideo ipsum imperio dignissimum et
 sceptro gubernando aptissimum maximeque ido-
 neum esse judicabant. « Bene imperant, qui non
 « libenter imperant, » inquit Auctor quidam,
 quod in multis veteris Testamenti sacris Heroibus
 adimpletum fuisse satis notum est.

FERIA SECUNDA POST QUARTAM DOMINICAM QUADRAGESIMÆ

EVANGELIUM JOANNIS, CAP. II, VERS. 13

13. Prope erat Pascha Judæorum, et ascendit Jesus Jerosolymam.
14. Et invenit in templo vendentes boves, et oves, et columbas, et nummularios sedentes.
15. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes ejecit de templo, oves quoque et boves, et nummulariorum effudit as, et mensas subvertit.
16. Et his qui columbas vendebant, dixit : Anferite ista hinc, et nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis.
17. Recordati sunt vero discipuli ejus, quia scriptum est : Zelus domus tuæ comedit me.
18. Respondenter ergo Judæi, et dixerunt ei : Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis?
19. Respondit Jesus, et dixit eis : Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud.
20. Dixerunt ergo Judæi : Quadringenta et sex annis ædificatum est templum hoc, et tu in tribus diebus excitabis illud?
21. Ille autem dicebat de templo corporis sui.
22. Cum ergo resurrexisset a mortuis, recordati sunt discipuli ejus, quia hoc dicebat, et crediderunt Scripturæ et sermioni quem dixit Jesus.

23. Cum autem esset Jerosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine ejus, videntes signa quæ faciebat.

24. Ipse autem Jesus non credebatur semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes.

25. Et quia opus ei non erat ut quis testimonium perhiberet de homine; ipse enim sciebat quid esset in homine.

VERSUS 13.

Prope erat Pascha Judæorum, et ascendit Jesus Jerosolymam.

1. — Dionysius Carthusianus, in *Joan.*, aliquas refert rationes, cur Salvator noster, Paschate præforibus existente, Jerosolymam se conferre voluerit : « Primo, ut legem impleret. Secundo, ut sacrificia offerret et orationum vota persolveret, quem admodum lex præcipit. Tertio, ut hæreticorum futurorum errorem destrueret, dicentium legem « Mosaicam a diabolo traditam. Quarto, ut nobis exemplum daret, cum omni vigilantia cordis et reverentia obediendi divinis præceptis. » Pergit idem Auctor ulterius ostendere, adimpletum tunc fuisse quod in *Zacharia, viii, 20*, dicitur : *Hæc dicit Dominus : Usquequo vecciant populi, et habitent in civitatibus multis, et vadant habitatores unus ad alterum dicentes : Eamus et deprecemur faciem Domini, vulvum etiam ego*. Carthusianus autem declarat, Prophetam hæc duo ultima verba nequaquam de se intelligere, sed Deum esse qui illa loquatur : « Ite autem non competit Deo, nisi « ratione naturæ assumptæ. »

2. — Beda Christum nos docere voluisse existimat : « Quanta animi vigilantia dominici subjeci « debeamus imperiis, cum ipse in hominis infirmi- « tate apprensus, eadem quæ ex divinitatis auctori- « tate stabuit, decreta custodiat. »

3. — Dionysius Carthusianus super illa verba, *ascendit Jerosolymam*, scribens, cunctos fideles hunc in modum exhortatur : « Sic nos, appropinquante « Pascha, non carne et littera, sed spiritu confi- « tentes ascendere debemus Ecclesiam toto tem- « pore Quadragesimali, preparando nos ad devo- « tam Paschalis festivitatis celebrationem per opera « penitentiae et exercitia devotionis, compunctionis « internæ. »

VERSUS 14.

Et invenit in templo vendentes boves, et oves, et columbas, et nummularios sedentes.

Et invenit in templo.

1. — Toletus ad hoc se reflectit, quod scilicet Jesus mox ut Jerosolymam venit, templum adierit : « Cum enim Deus sit, in domum suam se recepit, « quia domus Dei templum dicitur. » Notat insuper Lucas Brugensis, quod « Jerosolymam cum venisset, « ante omnia invisit templum. » Hugo Cardinalis

ait : « Argumentum, quod primo veniebat ad tem- « plum, quod est locus orationis. »

2. — Albertus Magnus, in *Joan.*, quatuor templi distinguit atria. Primum interius, ubi altare holo-caustorum erat, ad quod soli Sacerdotes et Levitæ aditum habebant. Secundum erat illud, ad quod sæcularibus ingredi licebat, sed mundis tantum, ut ad portam prædicti atrii interiores oblationes suas immolarent. Tertium erat, ad quod ingrediebantur mulieres etiam solum munde, ut orationem suam ad Deum effunderent. Quartum atrium immu- « darum, in quo etiam gentiles aliquando intrabant « et in illo animalia vendebantur jussu Sacerdotum : « non erat licitum, quia Domino fuit dedicatum; « et tamen ecce tibi supplicium, quod Deus de illo sumpsit. Ex hoc arguere licet, quanteper peccemus nos Christiani, qui cum tanta irreverentia non jam atrium externum, id est, cœmeterium, sed ipsamet sanctuarium temere profanamus, dum in præsentia sanctissimi Sacramenti altaris adeo profanos nos exhibemus.

3. — Porro videri non immerito poterat, ut Beda ait, licite in illo atrio dividendi quicquid ad sacrificia necessarium erat et ad cultum divinum spectabat : « Sed nolens aliquid in domo sua terrenæ « negotiationis, ne ejus quidem, quæ honesta « putaretur, exhiberi, dispulit negotiatores. Quid « ergo, fratres mei, quid putamus faceret Dominus, « si ritus dissidentes, si fabulis vacantes, si risu « dissolutos, vel alio quolibet scelere reperiret irre- « titos, qui hostias, quæ sibi immolarentur, ementes « in templo vidit et eliminare festinavit? »

Vendentes boves.

4. — Enimvero hi, quia longinquo veniebant, animalia ad sacrificandum secum ferre non poterant, atque ideo propter eos illa venditores in atrio templi venum adducebant : « Quia propter angus- « tiam temporis et multitudinem quæ convenerat, « carius tunc vendere poterant; » boves quidem ad sacrificia divitum; oves vero pro iis, qui mediocri fortuna erant; columbas denique pro pauperibus.

5. — Porro quoniam per hosce boves intelligen-
 gantur, S. Antonius de Padua in sensu morali ita,
in hac per., explicat : « Dediti mundi delectatio-
 « nibus et qui solum de consolationibus curant
 « corporis, animam negligentes. » Ostendit insu-
 per hosce in parabola nuptiarum figuratè fuisse
 expressos, ubi unus ex invitatis ex eo se capite
 excusavit, quia juga boum quina sibi coemerat.
 « Isti ad morem hominum semper arant terram, cœlum